



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 73. Similiter & omnes dicebant. v. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

§. 73. *Similiter & omnes dicebant. v. 31.*

Dicebant omnes, sicuti Petrus, quid mirum erant homines uti Petrus, & vel sic ab ipse eo sentiebant, vel decorum putabant, si sic cum eo, qui erat Princeps eorum designatus sentirent, prius ex eo conicio, quod & ante hæc simile verbum locuti erant: Eamus & nos moriamur cum ipso, sed vana fuit præsumptio, quæ nixa non fuit, protectione diuina: quia omnes tandem relicto Christo fugerunt: contigit illis quod aliis hominibus & nobis ipsis, qui promptissime dicimus, addicimusque; sed raro quod diximus recte efficitur, cum loquimur operis difficultatem non pensamus, cum ad agendum venimus, materia tractandæ pernicitiam & rebellionem experimur. Bene, uti sacra narrat, historia Regū: Regi Syriæ Benadad multa de se iactanti & pollicenti Rex Israel dixit. Non gloriatur accinctus aq̄ue, vt distindas, quasi diceret, donec manus applices prælio, noli victoriam tibi polliceri, quia varius est belli euentus. Sane dum in hoc infirmo ac mortali corpore nostri erga stulo anima commoratur, semper perseuerat bellum, & casus incerti nos grauant, quia vt inquit Apostolus, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: vnde minime de sua iustitia & sanctitate & fortitudine gloriari debes, sed solum Deo fidere & eius fauori & auxilio inter spem & timorem inniti.

V*Tinam sapuissent & intellexissent hæc omnia boni & fideles discipuli, præuenissent in maturitate & clamassent ad Dominum, Salua me perimus: & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo arrogantia, iactantia & præsumptionis. Docemur ergo formidandum esse homini à suis met perturbacionibus, nam si postquam amorem Christi Domini nobis præ omnibus proposuerimus & vigilauerimus, ne nostræ passiones licentius exterrantur, adhuc tristitia angamur, iracundia vexemur, vana gloria efframur, amore captiuemur, tædio & mœrore conficiamur, dicamus in omni opere nostri aggressionem, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina, nimirum ut tibi, ô Deus, sit Gloria, nobis autem operis boni utilitas.*

Deus, Deus meus ad te de luce vigilo, video nihil solidi me agere, nisi tu Deus mihi ad sis, mecumque labores, hoc decretum meum, si quando contempsero non renouo, nunc paciscor, me ab illo nolle recedere; sed continenter tuam opem flagitare.

§. 74. *Et venit in pradium cui nomen Gethsemani. v. 32.*

Postquam Dominus scandalum discipulorum prædixerat, & eorum animosum perceperat responsum, prudenter conuertit se ad orandum pro ipsis